

quiescere, & explendescere intendit. Tu enim antonomasticè *El Contador* vocaris, & , quos natura fortitus es, splendoribus fulges. Quid de Te, quid de tuis Maioribus dicam? Modestia tuae institutis arceor , observantiæ meæ stimulis vrgeor; sed dum vtrisque cogor , me cūctis satisfecisse arbitror, si ea dumtaxat, quæ de Te omnibus fatis nota suspiciuntur , & de Tuis apud alios fusè scripta legūtur, breviter exposuero.

Ex Cæsar-Augusta Aragonum Capitali Cæsarea Ciuitate, quà natus, Matritum te penè pubentem contulisti, vt ardenter spiritum in Regali servitio, quæstoris munere, si posses, exerceres ; siquidem inter cæteras humanas litteras, quibus operam navasti , Mathematicus genius in Arithmeticā Te ita practicè destinuit, vt nova compendia circa minutias, prius quam duodecimum annum ageres in publicam vtilitatem ederes; ea tamen, quæ ad rationum libros ducendos pertinebant , tibi metipsi servans, quod quibusdam , qui Regia conventione, & authoritate Galeonum Clases instruendas susceperant, ansam tribuit , vt tanti momēti negotium dexteritati tuae commendarent, Te , licet invitum , Gades attrahendi, vbi magis in hac directione mirandum, quam Exteris, quorum ex omnibus nationibus plurimi extant, imitandum præstasti. Non tibi propriæ negotiaciones ex voto successe-
runt,